


















liber gabiono  
muc illagiftri  
gliebdis

eling vnde dene

leng vnde dene

leng vnde dene

leng vnde dene



**Liber Phisiono  
mie Magistri  
Michaelis  
Scotti.**

Ioannis Antiqui era Bononi. I. V. D.

de Almonaster et Beromontia  
et studijs magister Michael Scottus ut videtur  
scimus. Et capitulo 95. qui de se fatur.

Oxley Library # 7490

fol. 1. recto

(verso blank, w/ photo)

scott, michael, older physiognomy

\* 312409

F. 1, recto

Verso is blank

RIMA Pars libri huius	Ca.	ii.
De tempore coitus masculi & feminæ & deſe ctu ipsius.	Ca.	ii.
De occaſionibus generandi & non generandi & menſtruo mulierum	Ca.	iii.
Signa mulieris calidæ naturæ & quæ coit libēter.	Ca.	iv.
Signa mulieris frigidæ naturæ & quæ nō libēter coit.	C.v.	
Diuifio capituli.	Ca.	vi.
Secunda diuifio capituli.	Ca.	vii.
Tertia diuifio capituli.	Ca.	viii.
Forma matricis in muliere.	Ca.	ix.
De notitia natuitatis puerorum, s. quando pueri nati euā dunt & quando non.	Ca.	x.
De modo nascētis infantis & de uentre matris eius.	Ca.	xii.
De rebus quæ nocent embrioni & mulieri grauidæ.	Ca.	xii.
De cōditione lactis & laetantis & de ifante lactatē.	Ca.	xiii.
De dispositione filiorum ad parentes & econuerso. Et de la etatio ad nutricē nō p̄priā matrem.	Ca.	xiv.
Signa mulieris grauidæ.	Ca.	xv.
Signa masculi cōcepti i muliere grauida.	Ca.	xvi.
Signa probabilia: quibus ad occultum & ad intellectum sciē utrum mulier sit grauida masculi uel femellæ.	Ca.	xvii.
Quomodo habetur notitia quot filios quæque mulier de beat habere.	Ca.	xviii.
Capitulū signog in femina grauida: quibus habeat notitia si embrio est fanus uel ifirmus; uicturus satis uel moriturus tā in uentre matris q̄ extra.	Ca.	xix.
De animalibus in genere & in specie.	Ca.	xx.
Diuifio capituli de animalibus	Ca.	xxi.
Explicit prima pars libelli huius deſcientia phisionomiæ.	Ca.	xxii.
Nunc incipit pars secunda poemū.	Ca.	xxiiii.

a ii

Annibalis Mariscotti



Signa cōplexionis rōne coloris in pelle	Ca;	xxiiii.
Signa complexionis ratione coloris in pelle: & quantitatis in carne.	Ca.	xxv.
Signa corporis calidæ complexiōis.	Ca.	xxvi.
Signa corporis frigidæ complexiōis	Ca.	xxvii.
Signa corporis humidæ cōplexiōis	Ca.	xxviii.
Signa corporis siccæ complexionis	Ca.	xxix.
Signa corporis temperati & sani	Ca.	xxx.
Signa corporis disteperati & malefani	Ca.	xxxii.
Signa complexionis cerebri.	Ca.	xxxii.
Signa complexionis cordis	Ca.	xxxiii.
Signa complexionis epatis	Ca.	xxxiv.
Signa complexionis pulmonis	Ca.	xxxv.
Signa complexionis stomachi	Ca.	xxxvi.
Signa cōplexionis testiculorum	Ca.	xxxvii.
De notitia partiū corgis i omni aiali	Ca.	xxxviii.
Signa cōplexionis malorū humorū	Ca.	xxxix.
Signa nimii sanguinis	Ca.	xl.
Signa nimiæ coleræ	Ca.	xli.
Signa nimiæ flectmatis	Ca.	xlii.
Signa nimiæ melancoliae	Ca.	xliii.
Notula doctrinalis.	Ca.	xliii.
De notitia nimiæ abundantiæ humorum per somnia	Ca.	xlv.
Sōnia significātia dominiū sanguinis	Ca.	xlvii.
Sōnia significātia d. coletæ rubetæ	Ca.	xlvii.
Somnia significantia d. flegmatis	Ca.	xlviii.
Sōnia significātia dominiū melācoliae	Ca.	xlix.
Somnia significantia caliditatem	Ca.	.l.
Somnia significantia frigiditatem	Ca.	li.
Somnia significantia humiditatem	Ca.	lii.
Somnia significantia siccitatem	Ca.	lijii.

Somnia significatiā repletionē humori.	Ca:	lxxii.
Somnia significantia malos humores esse in corpore humano.	Ca:	lv.
De notitia auguriorum.	Ca:	lvii.
De notitia sternutationis.	Ca:	lviii.
Nunc incipit tertia pars: i qua cōtinentur capitula Phisionomiae in specie utriusq; sexus uiri & mulieris.	Ca:	lviii.
De capillis.	Ca:	lx.
De fronte.	Ca:	lx.
De ciliis.	Ca:	lx.
De interciliis.	Ca:	lxii.
De oculis.	Ca:	lxiii.
De naso.	Ca:	lxiii.
De naribus.	Ca:	lxv.
De ore.	Ca:	lxvi.
De labiis.	Ca:	lxvii.
De dentibus.	Ca:	lxviii.
De lingua.	Ca:	lxix.
De flatu.	Ca:	lxx.
De uoce.	Ca:	lxxi.
De risu.	Ca:	lxxii.
De mento.	Ca:	lxxiii.
De barba.	Ca:	lxxiiii.
De facie.	Ca:	lxxv.
De auribus.	Ca:	lxxvi.
De capite.	Ca:	lxxvii.
De gula.	Ca:	lxxviii.
De collo.	Ca:	lxxix.
Despatulis.	Ca:	lxxx.
De brachiis.	Ca:	lxxxi.
De manibus.	Ca:	lxxxii.
De pectore.	Ca:	lxxxiii.

De dorso.	Ca.	Ixxxiiii.
De uentre.	Ca.	Ixxxv.
De carne.	Ca.	Ixxxvi.
Decostis.	Ca.	Ixxxvii.
De femore.	Ca.	Ixxxviii.
De cossis.	Ca.	Ixxxix.
De genibus.	Ca.	Ixxxx.
Decuribus.	Ca.	Ixxxxi.
De cauiculis pedum.	Ca.	Ixxxxii.
De pedibus.	Ca.	Ixxxxiii.
De tinguibus.	Ca.	Ixxxxiv.
Decalcaneis.	Ca.	Ixxxxv.
De plantis pedum.	Ca.	Ixxxxvi.
Depassibus pedum eundo;	Ca.	Ixxxxvii.
Demotu personæ.	Ca.	Ixxxxviii.
De gibbosis & strumosis.	Ca.	Ixxxxix.
De statura hominis.	Ca.	C.
Notula doctrinalis.	Ca.	Ci.

Capitulum ultimum libelli Phisionomiæ: in quo comprehenditur intentio singulorum capitulorum eiusdem scientiæ.

Ca. Ci.

Explicit Rubricæ omnium Capitulorum contento  
cum in hoc præsentij uolumine;

NCIPIT Liber Phisionomiae: quem compi  
ad preces. D.  
Federici romanorum imperatoris. Scientia  
cuius est multum teneda in secreto: eo q̄ est  
magnae efficaciacē: Continens secreta artis na  
turæ: quæ sufficiunt omni astrologo. Et cum  
hæc pars libri phisionomiae cōstet ex tribus  
partibus: hoc est prooemium.

i Mperator inter cætera quibus te oportet esse sol  
licitum est scientia boni & mali: & eam modis  
i omnibus inuestigare per te metipsum in libris  
auctorum & omnibus scientiis: & principaliter  
earum scientiarum quæ dicuntur artes. Et hæc  
facies penitus: quando anima tua fuerit in quiete: & corpus  
tuum habuerit spacium: prætermisso negotiis gentium ali  
quid a maiestate tua potentium: & eis respondentium. De  
bes enim scire q̄ duo sunt tempora homini uiuenti. scilicet  
tempus pacis & tempus guerræ: & ita duo sunt cibi: Corpo  
ralis & Spiritualis: Corporalis partium ad nutrimentū cor  
poris. Spiritualis uero ad nutrimentum animæ. Sciēdo q̄  
sicut cibus corporalis conseruat corpus in bono statu: si sit  
factus ratione: & assumptus per mensuram ab animali: cui  
conuenit: & in tempore congruo: eo q̄ non in omni tempo  
re omnia conueniunt: Ita cibus spiritualis retinet animam  
bono statu: si sit factus ratione: & assumptus per debitam  
mensuram in tempore congruo utriusque ætatis uirtutis in  
homine. Scriptum est enim q̄ sicut frigida calidis & calida  
frigidis temperantur. Ita contraria contrariis curantur: &  
medelam recipiunt ordinate. Similiter est utile inquire  
diuersos auctores & magistros propter diuersas sentētias.  
eo q̄ diuersi diuersa sentiunt: & monent sciētia uel ingenio  
gratioso naturæ: quod diffunditur desuper pficiens multū  
postea: & est origo scientiæ. Vnde ex meo consilio. docto  
res magistros & homines ingeniosos naturaliter: curialiter  
apud te inuenies: & sape cum multis sermonem facies: co-

ram eis sapienter ac domestice uerba pronuncians. Putabis in diuersis propter diuersa: & facies eis questiones quando tecum erunt: & dicta eorum in corde seruabis: ut impo sterum & tibi & cæteris prodesse possint. Nescis terra in culta & arida: quæ cum sit sterilis ab hominibus reprobas tur. Manutene studium scientiarum in tuo regno: & fac fieri disputationes ante conspectum tuum: & tuus animus in his glorietur: ut tuum ingenium. in melius reformetur. Tuum studium scit uelle regnare diu. Et hoc erit si te dedes tis uirtutibus: uita uitando. Et de tali mortalitate aliquid dicemus: si deus uoluerit. Sed hic dicimus: q̄ des cor tuum cognitioni boni intellectus secundum discretionis mensuram. Sis amicus dei fidei: spei: & opere. Nec obmittas amplecti illam scientiam: quæ a philosophis phisionomia natura liter nominatur. Et hæc sciētia est illa inter cæteras: qua caute multi homines quondam usi sunt gloriari & exaltari apud magnates: scilicet imperatores qui transferunt. Similiter apud multos reges & baronos. Et non quia adeo p̄cedant reliquos homines. Sed propter hanc scientiam & propter huiusmodi plurimas alias: quas secreto nouerunt. Vnde dictum est: honora hominem propter scientiam. Require notum amicum propter necessitatem. Apud enim quodam melius est philophari q̄ ditari & apud quosdam melius ditari q̄ philophari: & apud quosdam utrumque nocet: & apud quosdam neutrum debet requiri. scilicet a scientibus ueram penitentiam in hac uita. Huius enim scientiae inquisitio est pulcherrima in natura: cuius perfectio attribuitur phisionomia: de numero antiquorum phisione: summo doctori in scientia naturali. Vnde quidem hæc scientia nomen traxit ab eo: studium cuius grande fuit diu & diu eam inuestigare ac etiam irreprehensibiliter congregate. Collecta est enim hæc scientia ex compositione hominis utriusque sexus cum qualitate possibili modi status personæ uiuentis. Et ex hac scientia naturæ ingeniosæ quæ cognoui: tibi domine imperator sub lucida breuitate

in hoc libello penitus enarrabo. Dicit enim quidam sapiens Phisionomia est scientia naturae: insinuatione cuius peritus in ea sufficienter agnoscit differentias animalium personarum in omni gradu sui. Et quia omnis scientia est a phisionomia: idcirco eam in hoc loco diffiniamus: Phisionomia est doctrina salutis: electio boni: & uitatio mali: com præhenſio uitutis & prætermiſſio uitiorum. hoc autem inducit uerus amor dei: timor diaboli: fides meritaria: spes præmii imperdibilis æternæ uitæ: & iudicium mortis: qua uidetur penitus: q̄ hic omnia relinquunt cæteris: quia te nentur. Et non ulli ualet scientia: nec potentia: nec congre gatio personarum: nec gratia pulchritudinis: nec uoluntas: & omne bonum. Vnde dixit quidam. Omnia transibunt nos ibimus: ibitis: ibunt: Cari: non cari conditione pari. Et alibi dictum est: Omnia transibunt præter amare deum. Constituo ergo o Federice Imperator tibi ex hac scientia phisionomiæ regulas & constitutiones abbreviatas: quas ti bipono satis sufficienter. Iugo quarum si te bene adies ceris: dabit tibi magnum pretium laudis ex multa sapientia & uirtute: crescat tibi etiam magnum & grande ingenium sapientiae ad nobilitatem tuæ naturæ. quam sapientiam si in mente habueris memorem: melius intelliges dicta loquē tium tibi: cautius agnosces tuos sapientes & alios uisu & auditu: nec non & alios homines indifferenter: qui tecum habebunt gratiam eloquendi: uel ante te aliquid faciendi quod non est parum. Et ex industria huius scientiæ in te secreto habebis grandem partem consiliorum consulentium tibi: & exultationem uitutum & uitiorum quasi ut semper secum habitauisses in factis ubique. Sed ante q̄ hoc tibi re citem ordiate per singula capitula: uolo tibi enucleare histriam prioris substantiæ: quasi incipiens a fundamento pri mæ materiæ: quod potest esse tibi multum earum multipli ci ratione: eo q̄ pauci hoc sunt scientes in ueritate.

Obilis imperator uir gratiose quasi omnium  
gratiarum & donorum ex grandi amore tibi  
notifico sacratissimam scientiam naturæ: quæ  
potest appellari consolatio: & quæ non mul-  
tum dicitur gentibus idiotis: nec etiam est di-  
cenda: Sciendo q̄ qui eām bene nouerit: & memorem in  
mente habuerit: quotienscumque casus incurret: ipsamque  
ex ercitando si incipiat loqui de ipsa cum altero: & ille hanc  
scientiam ignorauerit: uidebitur illi q̄ ipse sit propheta uel  
sanctus. & hic postea reemendabit eum ubique dans ei stu-  
diose premium magnæ laudis. Amabitur a gentibus notis  
& ignotis: quæ audierint loqui de illo: & honorabitur inter  
eos. Ethoc non est parum uidelicet inter uniuersas gentes  
famam sapientiæ & scientiæ celebrem obtinere. Scias' igi-  
tur q̄ & motu superiori sit & motu inferiori: scilicet partim  
in genere & partim in specie. & motus primos' conceptio-  
nis ex utroque sexu est amor naturalis uiri in mulierem &  
mulieris in uirum in caloris uniti genitalibus. Sciēdo q̄ uir  
est agens: mulier uero patiens. unde ambo habent uim rela-  
tiui: cum in coitu sit mutua relatio. Eoque semen unius  
refertur alteri: & utrumque est antecedēs alterius. Luxu-  
ria uiti primam radicem habet in lumbis & libido mulie-  
ris in umbilico. Vnde Iob Virtus eius in lūbis eius: & for-  
titudo eius in umbilico uentris eius. Iuxta illud dominus  
in euangelio. Sint lombi uestri præcincti & lucernæ arden-  
tes in manibus uestris. Tempus enim congruum in uiro  
est in hieme & in uere ad coeundūm: mulieris in aestate &  
autumno. Istud autem est propter contrariam cōplexio-  
nem temporum & personæ. Complexio quorum nihil  
aliud est quam caliditas cum frigiditate & humiditas cum  
siccitate. Item dicimus q̄ neuter non posset agere cum de-  
lectu nisi haberent instrumenta ad hoc deputata tam intus  
quam extra. Vnde uir habet suos testes extra uentrem in  
pelle. Mulier uero intus uidelicet extra principium uul-  
ua. Tamen non sunt in omni similes testiculis uiri. Vnde

mulier habet suum semen ex testibus uelut uir: & hoc mo-  
netur ad coitum ardenter. Semen uero testiculorum dici-  
tur proprie sperma: quod descendit ex omni humore cor-  
poris diuiso & partito in omnibus membris essentie: cu-  
ius est nobilior pars omnium humorum & subtilior. Et  
hoc semen in se continet omnem naturam & complexio-  
nem quarumlibet partium totius corporis: a qua descen-  
dit. Sciendum est q[uod] sperma uiri est calidius & fortius il-  
lo mulieris. In emissione uero spermatis utriusque a natu-  
ra superiori tribuitur omnis uirtutis effectus & uirtutis au-  
gmentabilis pro tempore decurrente. Et secundum cur-  
sum corporum superiorum sicut dispositionem corpo-  
rum concipientium foetus recipit simul & semel omnia  
& singula quae postea discernuntur ordine temporum &  
naturae. Quantitas autem embrionis fit secundum qua-  
titatem seminis uirtuosi & matricis: quae matrix si fuerit bo-  
ne complexionis embrio uadit ad perfectum: & econtra-  
rio. Vnde si semen discurrat per matricem in longum  
foetus erit longus & gracilis & si in latum uel quasi rotun-  
dum erit curtus & grossus. Quid autem sit sperma sic dif-  
finitur. Sperma est primo materia embrionis creandi: ue-  
sperma est artifex creandorum infantium: uel sperma est  
semen animalis sine spiritu & nobilioris sanguinis & purio-  
ris ad instar uini rubei: quod ex agitatione conuertitur in  
sperma candidum. Et cum illa substantia sit nobilior par-  
teremanente ac leuior & uirtuosior: ideo superascendit.  
Et est sciendum q[uod] si de semine uiri plus fuerit q[uod] feminæ  
foetus erit illi similis in pelle & forte in sexu. Verbi gratia  
mulier quædam erat alba: & cum coiret cum æthyope pe-  
perit filiam albam. Alia mulier nigra coiuit cum uiro al-  
bo: & peperit filium nigrum: ut patet hoc toto tempore.  
Verum est q[uod] si mulier sit iuuenis: cum in coitu fit memor  
sui uel uiri uel alterius. & proprium cum semen diffundit ge-  
neratum genitum erit omnino similis: & iam probatum  
est miles & in animalibus. Cum uero sperma exit coitu

est maxima delectatio in naturali corporali & spirituali se  
cundum quantitatem illius & testiculi de quo exit. Scien-  
dum est q̄ ex dextro maior est dulcedo q̄ ex sinistro; & ex  
multo senuine q̄ ex paucō; quia sperma diffunditur comple-  
ta aetate per causam; ut unusquisque manuteneat sibi uitam  
productius. Dicimus q̄ cibi sunt quibus semen augumen-  
tatur in uasis; ut rapae:cicera:carnes recentes:gallinae:castra-  
ti:porci non saliti:oua sorbilia:fabum:fractum cibus de pa-  
sta:panis recens non calidus & cetera. Sunt etiam quibus  
cibi semen deficit absq; emissione: ut carnes salitae: cibi acri  
& acerbi:panis siccus ut. xv. dierū & biscoctus &c. Itē cibos  
rum qnidam inducunt luxuriam; ut scinchus: oua sorbilia:  
caseus dulcis:eruca sicca:uinum purum ostraca saturitas cō  
ueniens ciborum: & quādam electuaria. Mouent autem lu-  
xuriam species decoris alterius corporis ad corpus sibi amo-  
re conueniens uisu & tactu. Verbi gratia Si uir bene uideat  
mulierem iuuenem & pulchram & econtra . Et per uersimi-  
lem:ut si adoleſcens adornetur ad instar puellæ uel habeat  
faciem inclytam ut famella qua contingit fortis motus: ut  
patet in sodomitis . Sunt etiam quidam cibi quorum come-  
ſtione castitas conseruatur:ut portulaca:lactuca: eruca uiri-  
dis:acetum compositum:cucurbita:cucumer:ieiunium:pau-  
cus cibus:portatio iaspidis & thopation: absentia corporis  
decorati aetate & adoratione. Vir habet uirtutem calami-  
tae ad mulierem: & mulier ad virum: quæ uisu propinquo  
tactu ad inuicem coniunguntur. & sicut de chalybe & silice  
exit quandoq; scintilla: Ita de spermate exit quandoq; con-  
ceptio. & matrix est embrio:sicut olla ad coquendum epu-  
lum & lar ad frigatiam de pasta. Et sciendum est q̄ raro ac-  
cidit: q̄ exeat sperma ex utroq; testiculo uno coitu. scilicet  
utriusq; agentis & patientis. & ob hoc una tantum fit con-  
ceptio uel creatio: quando conceditur desuper dono gratiae  
nec aliter. Sed si ex duobus testiculis utriusque coitum fa-  
cientis sperma exierit: & in duas partes matricis diffundas-  
tur:due fiant creature uel amplius secundum diffusionem

per loca matricis. Vnde cum matrix constet ex septem cel  
lulis siue ctsipaturis: ut patet in ventriculis ouium & porca  
rum & cetera: mulier potest septem filios concipere & por  
tare. Volens autem domine imperator q̄ omnia & singula  
cognoscas per te metipsum: quomodo embrio concipitur  
siue generetur ex utilque coeuntibus in congruo tempore  
& coitu facto conuenienter: inquirentibus nobis aperte di  
cemus secundum q̄ nobis per seriem uidebitur enarrare.

Dtempore coitus masculi & feminæ & de defectu ipsius.

### Capitulum

secundum.

Rincipium temporis coitus scilicet in quo sperma  
dulciter exit uel amare in masculo est post comple  
mētum annorum. xiiii. & deinceps usque ad annū  
lxxvii. ad plus in femina uero post complementum. xii'. an  
norum & deinceps usque ad. xl. annos uel. l. ad plus: & cum  
hoc spermatis exitu incipiunt pili paulatim ori in pectine  
unitas quorum dicitur femur. Similiter nascuntur in nari  
bus nasi: in maxillis masculis: sub asselliis: & circa sexum de  
orsum: super brachia: manus: & crura: Sicut incipiunt oriri  
in tempore ueris frōdes in arboribus: & in herbis flores:  
& rami: unde porri corporis aperiuntur & producunt alis  
quid sui generis extra solitum: Item sibi uox mutatur. Ca  
put uirgæ masculi decooperitur: mammae feminæ icipit  
tumescere uterque naturaliter se mouet ad coitum: ex mas  
gno delectu pariter in naturalibus membris: nisi libido s̄a  
pe refrenetur per accidens: ut per ieiunium & per asperam  
uitam ciborum: Post autem spermatis emissionem utrique  
mutant figuram principaliter in facie: & uirtutem in carne  
& consuetudinem in moribus: in cogitationibus: & inge  
nio: De coitu dicimus q̄ si quis ipsum nimis frequenter: &  
etiam in diebus contrarii temporis ei multa contingunt in  
contrarium: que quidem faciunt corpori ista que dicemus  
nunc: Nam coitus continue factus totum corpus infrigidat  
& desiccat ab humoribus: & talem actum sentit inconuen  
ienter cerebrum capitis & oculi: quia cum cerebrum ples

b

nus liquidetur ut glacies in sequenti die & proprie in mane oculi lachrymant. contingit dolor capit<sup>s</sup> qui dicitur so da siue emigranea & proprie circa horam nonae & deinceps.

Dimminuit etiam coitus inconuenienter factus uices omnium membrorum: cum sit sperma colamentum ipsorum. Macro corpore figura fit torpior in aspectu: uisus oculorum abbreviatur: uita annihilatur: debilitatur spiritus: appetitus cibi perditur. Homo fit obliuiosus faciendorum: & piger in eundo grauis: in moribus solitis simplicior: in inge nio grossus: in laborando uanus: in credendo alteri uelox. Capilli sibi facile cadunt: & citius canescunt: & fit calvus in fronte & in summitate capit<sup>s</sup>: facile infirmatur ab aere corrupto: Qui cum patitur non bene memoratur temporis in quo coiuit nimis: uel contra documentum consilio rum coiuit naturae. Et de istis omnibus satis patet per contrarium ut in pueris uel puellis nondum corruptis: quoniam ad talia non incurruunt: quia non canescunt neque calvescunt: immo capilli sibi crescunt: ut herbae in horto. Et hoc patet in triciis puellarum uirginum ante quam coeant: quae post multum coitum perdunt capillos & colorem. Et tunc per capillos & colorem ualde mirantur causam propriam ignorantes. Idem est de uiris: quoniam bene perpendunt de casu capillorum: & de dolore capit<sup>s</sup>: quem emigraneam appellant: sed non cognoscunt q̄ frequēs coitus non est in congruo tempore factus. Vnde super hoc quidam dixit & bene: & memoriae firmiter tenendum est. Vere coire iuuat: hiemis quoque tempore confert. Sanus in autumno si uis tu fore coito. Vnde qui a contrario tempore sibi non custodierit nimio coitu & fleu bothomia & cibis contrariis complexioni suae secure aspectet infirmitatem periculosam in breui tempore: nisi forte se adiuuet maxime medicina rum iuuamento. Tamen dicimus q̄ qui nimis penetrauerit mulierem: lauet sibi nares & pulsus brachiorum & pedum bono uino & comedat bonos cibos: ut restauretur quod deperditum est de semine & defanguine. Sunt

autem multi qui sanitatem percipiunt ex usu ueneris: & qui/ dam facile infirmantur. ualeat enim sanguinicis: nocet uero flegmaticis: colericis: & melancolicis. Et prodest secundum causam interuenientem & statum. Qui enim multum min-  
git sepe recipit nocumentum per coitum eo q̄ superfluitas  
corporis sufficienter nudantur per urinam: qui si utatur  
coitu facile infirmatur & cito moritur. Verū est q̄ quædam  
faciunt satis urinare: ut caro uolatiliſ: & omne diuretitium :  
ut petrosilium: crocus: cicera: rapae: færolea : nuclei cerasorū  
&c. Sed si pinguis sanguinitate non utatur coitu & super/  
fluitate seminis: q̄ nimis implet uasa: solet infirmari: ut pa/  
ret in damicellis: que nimis conseruantur in uirginitate: in  
uiduis: & religiosis mulieribus: & masculis.

De occasionibus generandi & non generandi & de men-  
struо mulierum.

Cap.

iii.

Icit Aristoteles cessante causa cessat effectus. Vnde  
d multæ sunt causæ generandi & nō generandi. Causa  
enim generandi est primo uolūtas dei. Secunda causa  
est si status perioranū fuerit bonus in sanitate: & congruus  
in usu regiminis ciborum & potuum: & econtrario. Ut uero  
mulier generet ista sunt principaliter præscienda scilicet  
ut matrix sit sana & in suo loco & nō suffocata: & bonæ com-  
plexionis in caliditate : Sperma utriusq; sit diu reseruatum:  
& præcipue uiri ad hoc ut sit bene uiscosum & coctum sua  
digestione: Ambo coeuntes mittant semen: ut cōmiscean-  
tur: Virga sit longa: mulier iuuenis uel que non deficiat a  
menstruo: Matrix contineat sperma receptum ad minus p  
mediam diem: uitet mulier coitum hinc ad tres dies: ne ad/  
datur aliud semen: uel ne aperiatur orificium: nec mulier  
edat tunc cibum frigidæ naturæ: nec fleu bothometur: nec  
recipiat frigus. & sic potest ualere coitus. fecit enim ad con/  
cipiendum unus coitus tantum. Quando mulier coit uo/  
lens grauidari debet stare cooperata cum uiro stricta: & tene/  
re anum eleuatum: ut semen melius intret: & plicata in uno  
latere secundum q̄ grauidari desiderat: facta grauidatione

b ii

se diu custodiat: & sedeat in loco cum anno pedibus & renibus. De menstruo dicimus q̄ si a cane comedatur purum fit rabidus: & si aspergatur herba uirens ficcatur: infaturat hominem certa datione: & reddit leprosum. Menstruū est superfluitas ciborum quæ non bene digeritur defectu caloris naturalis: unde est sperma imperfectum: & est ad concipiendum utile & necessarium: ut erat alumen in confectio ne tincturæ: & si de ipso in cellula quicq̄ non fuerit generatio non ualeat. Sed si de ipso nimis fuerit in loco compositio nis: conceptus erit signatus in malum. Et si fiat generatio temporis sui decursus creatura erit male signata: ut gibbo & cætera: aut efficietur leprosa & cætera. Et si mulier sit memor alicuius cum semen diffundit cum uiro creatura affi miliabit illi in parte. Et ut eius memoria sit utilis: debet doceri a: uiro: q̄ non recordatur tunc de tali uel de tali. Crescit menstruum & decrescit secundum lunam & mare in simili & ita sperma utriusque sexui: unde potest eius augere: requiri exitum. Sciendum q̄ mulier multo abundans menstruo paucō abūdat sp̄mate: & iō nō curat de coitu: & ecōtrario. Signa mulieris calidæ naturæ & quæ coit libēter. Ca. iiiii.

Igna autē calidæ mulieris & quæ libenter coit sunt  
f ista: luuentus: completis annis duodecim: sit ad mi  
nus semel corrupta: māmas habens paruas: & illas  
conuenienter plenas & duras: barbuta in locis consuetis &  
pilosa: ut in cruribus & pectine & asselliis: Cuius pili sunt  
grossi & asperi: capilli crispi & curti: audax i lingua: i loquē  
do uox subtilis & alta: i animo superba: alteri crudelis & nō  
benepia: ualde curialis receptu & factiōe seruitii omnibus  
personis: & præcipue notis & amicis: boni coloris i facie:  
recta in hasta: macra in carne plus q̄ crassa: ebriosa. Talis n.  
mulier semper requirit coitum: & complet in actu suum de  
siderium: paucō abundat menstruo: & quandoq̄ nō est exi  
tus eius omni mense ut cæteris: imo transit unus mensis &  
plus: ut duo uel tres: sed casu ingrauidatur: paucum habet  
hæc mulier lac: & ē fortis grauida & nō grauida. Caro eius

nō sic feret i sudādo ut cōtrariæ mulieres: cātā libenter: cir  
cuit loca & delectā solatiis & ornatibus suis: si ea pōthēre  
Signa mulieris frigidæ naturæ: & quæ nō libēter coit. C.V.

Igna uero frigidæ mulieris & quæ nō libenter coit  
sunt ista: nimia pueritia: māmæ grandes & proprie  
molles: nuditas pilorum in locis quæ solent eis abū  
date: capilli longi multi & extensi cito crescentes: de facili  
pauida: in loquendo contra alterum non est audax: facile  
credit omnia quæ audit. & ideo conuertitur cito ad bonum  
& ad malum est condolens alterius miseriae ac pia. futuens  
raro desiderium compleat. carnes habet undiq; molles: in fla  
tu loquendo est debilis & omni membro personæ: multo  
abundat menstruo: & ei discurrat omni mense ad instar ma  
ris per lunam: plus tendit ad pinguedinem q; ad macredinem  
in facie est pallida uel sine colore: cito ingrauidatur: & gra  
uem habet portatum plus & minus secundum uirtutem em  
brionis: post partum multo lacte abūdat. Signa autem gra  
uidationis in muliere sunt ista & multa: ut est trāsmutatio  
stomaci: cessatio menstrui &c. Ideo debilitatur & transmu  
tatur in aliquo a statu priore: pro eo q; meatus purgationis  
sunt impediti: & menstrua in uentre multiplicātur. Ad im  
pregnandum ualet ante coniunctionē flebothomia pedū  
mundicies matricis: & similiter si se excusat de coitu loque  
la. & hoc facit sape ingeniose: ne uideat esse impia: etiā pro  
pter ueretūdiā citius impregnat puella q; femina matura p  
pter teneritatem suorū humorū: quia facilis cōfiscant: &  
conuertuntur in corruptionē: cuius exemplū est in plantis  
nouellis arboreo: & mulier parua cum majori parit dolore q  
magna: & debilis q; fortis: & frigida q; calida: & piguis quā  
macra. Forma autem pedum significat conditionem uulue  
latæ & strictæ: ex qua fit partus.

Divisio capituli

Ca. VI.

Voniā mulieres non habent in se tantū calorē inna  
q; tum: quo malos humores in eis abundantes ualeat  
desiccare: neq; possunt pati tantum labore neq; tam  
b iii

fortiter ut faciunt uiri: ideo sunt eis debiliores in omni uir  
tute & opere: & maxime cum cōplent suum coitū. Sciendum  
quod natura ob hoc sibi tribuit quoddā purgamentū: quod flos  
nominatur in uulgarī: & mēstrū in scriptura. hunc autem  
humorē uirtus naturae eiecit ab eis omni mense a. xii. anno  
in ante usq; ad annos .xl. uel .l. ad plus: nisi sint grauidæ uel  
lactantes: aut eis causa interueniat quod stringat: uel nisi natura  
liter sit quasi hermaphrodita: uel minus calidæ naturæ un  
de mulieres postq; sunt cōplete ætatis mundantur per men  
struū uel coitū uel per sudore ut rusticæ. Vnde si quæ uiri  
saepè uirga coeāt uel uirga sirici. ut quædam uiuidæ & monia  
les & cætera fiunt. macræ & in facie liuidæ: Sciendū quod plus  
nocet eis una expeditio coitus quod septē uiro. sed si raro coeāt  
uel nō: & bene fluxū purgent: cito icrasant: nisi seminis fa  
ciant laborare: uel ieuniis: & ideo aliquantulū cōcupiscunt  
coitū cā caloris naturalis multiplicādo semen. sed si bene ui  
uāt cibis & potibus: & nō grauiter fatigentur: idigentes coi  
tu: ut uiuidæ morbidae & quædam monacæ & reclusæ: fa  
cile infirmantur. & efficiuntur uiuidæ & reumaticæ: & mi  
seræ uiuunt i statu sui corporis hoc ignorantes: & de hoc  
medici non semper bene perpendunt: & est magnus dese  
ctus in eis solo errore. Sed cum non sit sibi iustum talia ex  
plorare consulere debent iuxta honestatem in comedendo  
uel abstinentia: & quod parum comedant: uinum temperent:  
se multum fatigent: & non stent oculos: aut in oratione ni  
mja: & eant per loca hinc illuc: unde per hanc uiam cessant  
tentationes carnis & humoris superflui. Si uero mulier flu  
xum patiatur: & uir eam cognoscat: facile sibi uirga uiciat:  
ut patet in adolescentulis qui hoc ignorantes uiciatur quā  
do uirga quandoque lepra. Et si mulier tunc concipiatur cō  
ceptus efficietur uiciosus defectu membra ut digitū uel uir  
tute uis &c. De flore mulieris est ut arboris: quoniam  
fructum non portat nisi prius florescat. Motus uero men  
struī est secundum lunam: Spermatis uero secundum sole:  
& donec mulier abundet flore sic potest cōcipere sicut uir

qui semine uirgam erectat: & sicut multis causis contingit  
fluxus fructus ab arbore: ita potest constrictura. Vnde pro  
utraque causa solet mulier grauiter infirmari. & ideo ualeat  
exitus sanguinis de naso & de uulua &c. Dicit enim Hippo  
cras q̄ mulier non potest concipere propter nimiam graci  
litatem & macredinem & propter nimiam pinguedinem.  
Causa est quia ex utro que casu os matricis est strictum: stri  
atura cuius semen non intrat repente. Constantinus uult  
q̄ mulier habens uulua nimis paruam quæ cognoscitur  
forma pedum non coeat: ne partu pareat impregnata. Sed  
quiasunt quædam mulieres sanitatem percipientes frequē  
ti coitu: ut quidam uiri dicimus q̄ omnino coeant licite.  
aut portent secum iaspidem uel thopation &c. uel uitam fa  
ciant regularem. De embrione dicimus q̄ est similis fru  
etu qui adhuc pendet in arbore: quoniam dum est tener in  
ramo cadit leui occasione & perditur: sed quando plus cre  
scit firmior efficitur obstans uiciis: quibus cadat. cum autē  
est naturatus ut pirum & ficus cadit & ita est de embrione  
creato: quia donec non est bene ligatus: in loco suæ sedis fa  
cile cadit siue per saltum siue per ballum &c. Vnde circa  
principium sui ortus & circa finem suæ natuitatis facile ca  
dit: in medio uero horum duorum temporum nō ita leuiter cadit.

Tempus uero periculi est primus mensis secundus septi  
mus octauus nonus. de primo mense dicimus propter tene  
ritatem nouitatis: & de secundis propter natuitatem.

Hipocras dixit quod femina pregnans ante mensem octa  
uum nec post septimum flebothometur: sed mense quanto  
& sexto secure si ei sit necessaria: uerum est q̄ cum timore  
fiendum est: & paucus sanguis debet extrahi: & tutius est se  
abstinere. Homo non debet dicere studiose coram p̄agnā  
te & præcipue puella. xx. annorum aliqua quæ ipsa cupiat ardē  
ter: nec ex eis ualeat habere. Cū iam multæ mulieres pdide  
rint embrionē. Et sciendū q̄ est appetitus eius transfertur ī  
embrionē. Et ideo pro utroq; tacendum est. Si uero mulier  
grauida omnino gliscit comedere cretam uel carbonē &c.

ne sibi sit periculum edat modicum: pro medicina utatur ci  
ceribus assatis fabis &c. Cū uero prægnās appropinquaue  
rit partui: & timeat causa motus dolor: utatur balneis: &  
ungat se' oleo oliuæ: & pedes oleo rosato si inflauerit eos uel  
aceto aqua debilitato. Hæ fatuæ uoluntates ut carbonis cal  
cinæ &c. plus contingunt in prima grauidatione & secunda  
q̄ postea. Si prægnās quādoq̄ perdat sanguine ore uel naso  
uel desubtus signum est q̄ foetus est nimis debilis & in peri  
culo cum non possit recipere solitū nutrimentum q̄uis hu  
mores sint multiplicati in uentre prægnantis. Et cū fluxus  
contingat ex frigiditate: sibi subueniendū est cibis calidis &  
siccis natura in primo gradu uel in secundo: aut cibis calidæ  
& humidæ naturæ: ut zinzibere: cumino: carnibus recenti  
bus: ut gallinaq: iute petrosilior: lacte amigdolar: ouis sor  
bilis: ciceribus fractis: odoribus musci & thuris & huius  
modi. Prægnātū quædā facile parturiunt: ut bene sanæ  
& habentes os uuluæ latū: matricem magnam: & quæ plus  
sunt macræ q̄ crassæ. Grauiter uero parturiūt multum puel  
læ: infirmæ: crassæ: & debiles habentes os uuluæ strictum.

Secunda diuīsio capituli.

Ca. VII.

Tem dicimus de coitu uirtuoso & de generatione  
i. creaturæ q̄ uir nō debet coisse recenter neq; mulier  
spatio octo dierum. Sciendum est q̄ quanto magis  
sperma utriusque fuerit seruatum tanto & productum & si  
idem sperma ex bonis cibis fuerit generatum tanto magis  
erit digestum & uiscosum ac uirtute plenum. In cōcipien  
do uero mulier non debet esse plena floribus neq; omnino  
vacua: sed nouiter mundata: ita q̄ matrix sit aliquantulum  
munda. Et quoniam uir effundit semen & ipsa suum: ut am  
bo semina misceantur: & cum peruerterit ad pūctum exitus  
anum teneat eleuatum suo posse procedendo studiose uer  
sus illam partem cuius generatiōis gliscit cōcipere: memo  
rando alicuius formosi: & semen bene discurrat in cellulam  
matricis per longum: ut embrio recipiat formam laudabi  
lis longitudinis. Completo menstruo oportet ut mulier cō

festim iaceat super illud latus; in quo receperit semē: & mul-  
tum repauset; nec uuluā abstergat intrinsecus: nec motum  
sui faciat: nec urinam effundat: nec se eleuet de lecto ea die  
fingens se dolore caput &c. Vel ad minus in eo latere dor-  
miat tres horis: & si non poterit dormire: sic iaceat calida.  
quando autem de lecto surgere voluerit plane se moueat: &  
suauiter uadat: & omnia faciat: a cursu in ea die se abstineat  
a saltu ab alio coitu: a quassatione: a multo cibo & potu. Ci-  
bus eius sit sanus & bonus & bene coctus: post prandium  
dormiat aliquātulum stās cooperta: ut sit: calida nec possit  
recipere frigus: nec se permittat cognoscere a viro per septē  
dies uel amplius: ne cella reseref. In latere dextro dicimus  
q̄ masculus cōcipitur: & i sinistro femina: ut quidam uolunt  
nos uero dicimus q̄ latus nō facit ex toto sed semen testicu-  
li quia de dextro exit masculus: & de sinistro femina uerum  
est q̄ cōplexio lateris p̄ficit generationi: & cū semē exit de  
testiculo dextro sentiē maior dulcedo q̄ de sinistro: & q̄ p̄ræ  
dicta sint uera iam probatum est milies: qui habebāt tantū  
unū testiculū: quoniā illi q̄ habēt testiculū dextrū cōcipiunt  
masculos: & habētes sinistrū cōcipiūt feminas. Sciendum q̄  
in hora effusionis est totum iudiciū cōstellationis cōcepti li-  
cet sit occultū astrologo. Vnde mulier debet notare mēsem  
diem & horā bono arbitrio quādo coit coitu generationis  
& tūc esset iudiciū facile. Generale est q̄ cōceptus nō cessat  
ex toto a prole. Vnde dixit Pāphilus Sāpe solet filius simi-  
lis esse patri. i. proprio semini. Et aliud dixit fructibus ipsa  
sui quae sit dignoscitur arbor. Insuper dicimus q̄ sicut ē im-  
possibile q̄ hō unū pedem teneat in terra & aliū in cālo: ita  
impossibile ē q̄ puer natus sit similis suo genitori omnino fi-  
gura corporali uel moribus. Si quis uero his duobus careat  
ens magis uel minus: omnino nō ē generatus ab eo qui nu-  
trit & tenet pro filio q̄q̄ cognouerit matrem. Nam de uno  
puteo multi possunt aquam haurire. Qui uero posuit semē  
in conceptu illum plus amat, & ille plus sibi similiatur tem-  
pore discretiōis. Et est regula generalis q̄ filii quodāmodo

plus marciant q̄ patrizant. unde regula generalis est q̄ quā  
to plus uterq; se abstinet a coitu tanto citius generat postea  
coiens: ut patet i illis qui se diu seruauerūt: quia uir ueniens  
ad uxorē cito eā grauidat. Et est notādum q̄ si semen sit mul-  
tū: & itret i oēs cellulas matricis: & ibi debito conseruet sep-  
tē filii generant: & septimus est hermaphrodita. s. qui i me-  
dio genera. & plus septem nō speret habere in uno partu.

Tertia diuisio capituli. Forma mulieris in matrice.

Capitulum octauum & nonum.

  
Ciendum est itē q̄ in primis sex diebus post coitu  
genera tantū semine diffuso in loco ualitudinis ma-  
tricis: cuius hæc est forma secundum dispositionem  
diuinæ potentiae fit tanq̄ lac coagulatum sive butirum: po-  
stea in tribus diebus sequentibus remouet a qualitate præ-  
fati lactis: & fit tanq̄ sanguis. in sex diebus sequentibus ille  
sanguis coagulatur: & durescit multum: & fit paruæ quanti-  
tatis: ut perla rotunda. postea in. xii. diebus sequentibus for-  
mantur membra principalia: quæ sunt quatuor. s. cor cere-  
brum epar & testiculi postea in tribus diebus cætera mem-  
bra generantur: & generata discernuntur in tota massa. po-  
stea in sex diebus sequentibus caput distinguitur a spatulis  
fornians faciem super genua: & cor & epar & testiculi cum  
suis propinquitatibus: secernunt postea in quatuor diebus  
sequentibus: quæq; membra totius corporis suam habent  
perfectionem coniunctim & separatim: ut natura requirit.  
Et sic tota creatura in tempore diffinito dierum suam habet  
essentiam: quā ad perfectionem sui deber' habere: confessim  
uitam perpetuā recipiens idest animā uiuentem deo creato-  
ri similem. Et hoc totum patet ex uiro per' hæc tria metra.

Tres in lacte dies: tres sunt in sanguine trini:

Bisseni carnem: ter seni membra figurant:

Post quadraginta dies uitam capit hic animamq;

Cū predictū germen si se habeat: est paruissimū plus formi-  
ca & puncto quod est in massa de qua infinite concreantur:  
ut oua cārūlōrū maris. De cōcreatiōe feminæ ita dicimus:

¶ ipsa perficitur in. lxx. diebus ad plus: & in. lxv. ad minus  
unde corpore prefato eiusdem datur ei anima rationalis a  
deo suo creatore: cui est tota similis: & quae non est antiqua  
sed noua: ut probat per Augustinum unde sicut corpus est no  
uiter creatum & anima est nouiter creata: & in humano cor  
pore locatur: tamen in alio nunquam. Dat enim deus animam no  
uam & liberam corpori nouo tanquam pater suo filio tabulam no  
uam politam & immaculatam: ut cum ea addiscat & super eam  
doctrinam exemplo unius magistri uel multorum habeat etiam  
dictus puer potestatem facienda de tabula quicquid uolue  
rit boni & mali id est tenet mundam & maculatam & lauan  
di: quod tempus ei durat donec addicerit: & nolendo ad  
discere sibi auferatur a patre. Ita est de anima nouiter data  
corpori nouo: quia est quodammodo in potestate ipsius: & cu  
ra: obligata est corpori nouo: cum qua & per quam idem cor  
pus potest mereri laudem bene operandi: quo expectat be  
nedictionem aeterni patris & beniuolentiam angelorum &c.  
Similiter potest mereri uituperium male operandi: quo ex  
pectat maledictionem aeterni patris & maliuolentiam ange  
lorum & sanctorum & cetera. Vnde adeo repellitur quo  
dammodo furoris ira cadens in manus inimicorum sui: qui sunt  
predatores animarum fallentium & non obseruantium misericordia  
folius dei. Si queratur cur infans plene non loquitur & non  
uidit quod cito est natus ut postea tempore procedente: cu[m] anima  
sit perfecta in corpore: respondemus quod duas sunt cause: pri  
ma est originale peccatum Adae: secunda est culpa corporis &  
non eiusdem animae: cu[m] corpus non sit perfectum nisi secundum tem  
pus: & non secundum naturam. unde crescente corpore anima  
nua se uirtutibus manifestat. De proprietate autem animae  
satis predictum est in proprio libro circaprinципium quar  
tae distinctionis capitulo animo animas.

De notitia natuitatis puerorum: scilicet quando pueri  
nati euadunt & quando non. Ca. X.

d. Enatuitate infantium dicimus quod postquam sunt concepti  
aut nascuntur uiui aut moriuntur antequam nascantur uel

nascedo: unde in natuitate multa scitur operatio inesse propter operationem planetarum: dispositione quorū inferiora multiplicitate disponuntur. Et ob hoc dicimus: cum luna in septimo mense multum humectet duriciem humorū: quae tenet quēlibet embrionē in uentre mulieris facta teneritate illi humores descendunt inferius: ut superius exit sex illorum qui steterunt in matrice per os uulnus: aut cum embrione uel potest exitum: quod totū fit operatione lunæ: quae regit omnē hominem & feminam. Quare operante luna in artificiosa natura: fetus exit solicite de renibus perueniens ad lucem temporalitatis: unde dicimus quod si quis nascat ante septimum mensem penitus non euadit eo quod oēs planetæ non sunt operati suā proprietatē iuxta cursum lunæ. Sed ut ratio sanguinis plenius habeatur dicemus de uno quoq; mense: ut in frapatebit. Si nascatur in primo mense nihil exit nisi humor cōmixtus multa uarietate congelationis quibusdam filis eo quod tunc regnat saturnus: quo coagulatur totū quod ex luna fuit liquidum. Si nascatur in secundo mense sanguis frustatus exit eo quod tunc iupiter regnat & dominat: operatio cuius humor aquaeus iam cōuersus erat in sanguinē & in multa membra licet non sint sic fortia quod tota creatura possit haberi solida. Si nascatur in tertio mense raro quod nascatur uiuus propter sui teneritatē cū ex facili lacere in uentre: nec habeat uitium sui licet habeat uitam. Suffocat etiam nimio calore pro eo quod in eo mense dominat ei mars: unde est parvus cancrulus. Si nascatur in quarto mense inexit uiuus: & si uiuus statim morietur propter sui teneritatē & nimium calorē solis qui tunc regnat illi. Si nascatur in quinto mense licet uiuus quandoquid exeat non euadit propter dominum ueneris qui est planeta in genere feminino & in uirtute debilis. Sina scat in sexto mense non euadit propter dominū mercurii qui est planeta cois uirtutis: unde cū separetur a uentre: & sit in coniunctione cū luna quae est deterior eo non potest euadere. Si nascatur in septimo mense bene euadit & potest euadere propter dominū lunæ: cū per eius regimen sit ordo offi

ciorū a planetis completis in tali creatura. Cōpleto quidem ordi-  
ne operatiōis. vii. planetarē: quae sit in fine. vii. mēsis aut embrio  
nascitur & euadit: aut si nō nascit̄ p̄dicti planētæ incipiūt regna-  
re in creatura ordine p̄taxato. Sciēdū est q̄ sicut in primo mē-  
se regnat Saturnus in genere &c. in octauo mēsē iterum regnat  
&c. Si nascatur in octauo mēsē natus nō euadit licet nascatur ui-  
uus cōgrue fortis: & hoc est ppter dominiū. Saturni qui tunc re-  
gna & qui sua frigiditatē infringidat eū: & claudit nō ualentem  
surgere in animā. unde nō uiuit ultra diē octauū. Si nascatur  
in nono mense bene euadit secundū cursum naturæ: eo q̄ tunc  
regnat iupiter qui est planeta pius & bonæ cōplexionis. Si na-  
scatur in decimo mēse bene euadit: q̄a tūc regnat mars: & ex suo  
calore cōplexionē eius cōfirmat in melius: cū inueniat creaturā  
bene cōpletā & determinatā. Itē nō dum est q̄ ppter illud mē-  
